

Cum scribendi litteras conciliarias ad Summum Pontificem dirigendas committitur Rmo Epo Sti Hyacinthi. Episcopo vero Sti Germani remittitur confessio litterarum circa catholicas scholas Novi-Brunswickii ad Episcopos Sti Joannis et Chatham gerendas. Ab Episcopo Trifluviano conscribendae erunt litterae ut aperiatur mens Patrum erga Episcopos Germanie et Helvetiae persecutio-  
nem patientes.

Illus et Rmns Archiepus, de consilio et consensu  
Rmorum aliorum Patrum, sequentes officiales ad dig-  
tum Concilium adjuvandum eligit et nominat, nempe:  
1. Promotores:—admodum Reverendos Vicarios Ge-  
nerales Carolum Felicem Cazeau et Carolum Olivarium  
Caron; 2. Secretarios:—admodum Reverendum Vicaripm  
Generalem Edmundum Langevin et Revdum Caro-  
lum Zachariam Illidum Collet; 3. Ceremoniarum Magistros:—Revdum Napoleonem  
Laliberté et Magistrum Cyrillum Alfredum Marois;

4. Cantores :—Revdos Josephum Auclair et Antonium Racine.

Admittit quoque tanquam theologos et canonistas :  
1. Illni ac Rni D. D. Archiepiscopi ; admodum  
Revdos Thomam-Stephanum Hamel, Vicarium Gene-  
ralem, Superiorem Seminarii, Quebecensis, et Rectorem  
Universitatis Lavallensis, et Dominicum Racine, Vica-  
rium Generalem et parochum Sti. Francisci-Xaverii  
vulgo *Chicoutimi*, et Josephum-David Déziel, parochum  
Nostræ Dominae de Lévis, et Benjaminum Pâquet, Sa-  
crae Theologiae Doctorem, necnon Decanum et Professo-  
rem facultatis theologicæ in Universitate Lavallensi.  
2. Rni D. D. Marianopolitani Episcopi ; admodum  
Revдум Josephum Desautels, Vicarium Generalem,